



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

3. Species iustorum in ecclesia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

uirginis exuritur, an propterea dicendus mar-
tyr: Sinamus itaq; delitiari Baalitas, Pijs malunt
cum filijs Prophetarum & Heliso in deserto
coniuere, quam in principū aulis: et cum Psal-
mista dicere. Elegi abiectus esse in domo dij, quā Psal. 83.
habitare in tabernaculis peccatorum: Pro pia
enim ueritate mortem constanter perferre, non
subterfugere, non dissimulare, institutū est quod
Christus ē cælo ad nos detulit, &c Verū ut sol
uamus lora tandem, hæc enim fusiū prosequi,
& infinitum et propemodum impossibile, quan-
doquidem & nos non commentarios seu hagio-
logium scribimus, sed locos aliquot indicamus,
nam sunt Catholici qui hac de re ex locupletius
& eruditius pleraq; multa scriptitarunt.

TRES SPECIES IV

storum in Ecclesia.

TRes sunt iustorū species in ecclesia, accipiē-
tes triplicē fructū à domino deo: uidelicet,
30. 60. et centesimū, Christa testātē, Mat.
23. Hinc NOAH rector arcæ, significat rectores
seu primarios ecclesiæ mystas. DANIEL qui cōti-
nēs extitit et cælestibus uisionibus uacauit, signifi-
cat cōtinētes et uirgines, qui uacāt contemplationi

H 4 O

et orationi. H I O B coniugatus et tribulatus,
per quem boni coniugati, in summis tribulati-
onibus aerumnis et miserijs stantes, significan-
tur. Isti tres sunt Petrus, Iacobus, Iohannes.
Qui intersunt resuscitationi puellæ, et
transfigurationi diuinæ, Marc. 5. Math. 17.
et c. Petrus enim seu Symehon Hacæ-
phi, rector ecclesiæ et princeps Apostolorum.
Iacobus seu Iahacobah, luctator in pugna
tribulationum. Iohannah seu Iohannes Arch-
igrammateus Christi, virgo sublimatus ad intel-
ligentiam cœlestium uisionum. Petrus in agro
dominico excolendo exercetur. Iohannes in
lectulo contemplationis et quietis meditatur.

Math. 24. Iacobus in mola tribulationum premitur, sicuti
scriptum est, duo erunt in agro, unus assume-
tur, et alter relinquetur: duæ erunt molentes in

mola, una assumetur et altera relinquetur,
Ezech. 13. duo in lectulo, et c. Vel per istos tres. Noë,
Daniel, et Hiob, Significantur, Incipientes.

Proficientes. Perfecti. Hi omnes uno nomine
Ossa ecclæ ossa ecclesiæ dicuntur, debent enim siccii esse ca-
stitate, Concaui humilitate, medullati charita-
te, Fortes patientia: De huiusmodi oßibus E-
zech capi. 37. Ossa arida audite uerbum domi-
ni. Hæc dicit dominus deus oßibus his, Ecce

ego

53

ego immittā in uos sp̄iritū et uiuetis, & dabo su-
per uos neruos, & succrescere faciam super uos
carnes, & super extendam in uobis cutem, &
dabo uobis sp̄iritum & uiuetis, &c.

Vasa ecclesiæ.

IN magna domo, inquit Paulus, 2. Timoth. 2.
non solum sunt uasa aurea & argentea, sed
& lignea & fictilia, et quædam quidem in ho-
norem, quædam autem in contumeliam. Nostrum
igitur erit operam dare, ut simus in ecclesia uas
aureum & argenteum: uasa aurea sunt pij qui Vasa au-
sunt aurei per sapientiam, & argentei per do^rea.
ctrinam sicut Paulus de quo in actis cap. 9. Vas
electionis mihi est iste. Et Eccle. 51. Quasi uas au-
ri solidum, ornatum omni lapide præciosa, &c.
2. Timoth. 2. In ecclesia tria sunt, inquit Hiero.
super locum 1. Corinth: 3. genera bonorum. Est
bonum, melius, optimum. Tria sunt ē contrario
genera malorum: malum, Peius, pessimum. Prima
auro, argento, uel lapide precioso. Secunda li-
gnis, foeno & stipulae comparantur, &c. Vasa
lignea autem & fistilia sunt impij incendijs apti Ligneaua
& fistiles, fractionibus propinqui, 2. Corint. 4. sa.
1. Thessal. 4. Vult ergo Epilogizare Agonista,

H 5 sicut